De contritione et primo quid sit

Contritio quid sit

Contritio secundum ysidorum est compunctio et humilitas mentis cum la-
chrimis veniens de recordatione peccati et timore iudicii.
Item In tractatu de spiritu et anima de compunctione sic dicitur Compunctio est
quando ex consideratione malorum suorum cor intimo dolore tangitur
Compunctio secundum dictum Jo. abbatis est dolor animi non elatus nullam
sibi ipsi consolationem prebens solamque suam resolutionem
ymaginans omnibus horis et consolationem dei consolatricis
sicut aquam frigidam expectans

Nota

Contritio a magistris sic diffinitur Contritio est dolor voluntarie
assumptus pro peccatis cum proposito confitendi

Nota

Nota quod sicut contritum aliquid dicitur quando in minimas partes frangitur
et quasi annichilatur. frangi autem quando solidum in magnas partes di-
viditur. sic metaphorice cor hominis durum dicitur quando divine in-
spirationis manui se tangenti non cedit sicut durum est quod tac-
tui non cedit sed obviat. i. durum in affectu peccandi moratur
Conteritur autem quando affectus peccati secundum omnem sui partem in eo
totaliter destruitur. i. quando voluntas perfecte recedit. frangitur
vero quando resipiscere incipit quamvis nondum totaliter convertatur
et sic dicitur attritus non contritus

Differentia inter attritionem et contritionem

Differentia est inter attritionem et contritionem Nam attritio est
dolor imperfectus. contritio vero est dolor perfectus. Item Attritio
est dolor sine gratia gratum faciente. sed non contritio Et est contritio
et attritio mediante ea sicut sit domus obscura et illuminata Attri-
tio quippe est lux aurore. que crescendo fit meridies

De duplici contritione

Duplex contritio:
- Una superius elevans que est spes venie ex consideratione divine misericordie
- Alia deorsum deprimens que est timor pene ex consideratione divine iusticie

Vtrum de quolibet peccato requiratur contritio

Utrum autem requiratur contritio de omni peccato actuali et mortali. Dicendum quod in omni peccato est actualis aversio voluntatis a deo ad peccatum. Et ideo ad hoc quod contraria contrariis curentur oportet quod in omni remissione peccati mortalis sit actualis aversio a peccato ad deum. Hec autem aversio appellatur contritio. Duritia enim voluntatis manentibus in peccato non tollitur nisi per fractionem voluntatis omnimodam que appellatur contritio et ideo contritio requiritur in omni peccato mortali.

Contritio de peccatis oblitis

De peccatis autem oblitis si oblitus est homo tollerit sufficit contritio generalis. Sed et hoc quod homo non potest recolere peccatum non solum de peccato oblito debet dolere in generali sed etiam de oblivione eius debet dolere que ex negligentia contingit. // Debet etiam homo dolere similiter de omni peccato commisso quia unum sine alio non relaxatur. Ideo contritio particularis est habenda de singulis.

Vnum peccatum non dimittitur sine alio

Unde Aug. Penitentem oportet simul dolere de omni crimine. Hec est dispositio immediate ad gratiam. Unde dolere de uno peccato sine alio non sufficit ad salutem.

Quale cor non despicit deus

Item quia cor contritum et humiliatum non despicit deus. Ideo assumamus veram cordis contritionem et compunctionis amaritudinem, quia per voluptates et carnalia desideria a deo discessimus. Unde Aug. Non sint in nobis ficta suspiria et simulata sed cum ingenti siti studeamus adhibere remedia preteritis, ut sic solliciti simus. Dominus enim noluit in mundo prospera nisi sibi gemina pati ut nobis ostenderet quia per delectationes cadimus cum quanta amaritudine redire debeamus. Hec ille.

Quam utilis et compunctio lachrimarum

Est utilis valde et desideranda compunctio lachrimarum. Unde Cyprianus nulla est medicina peccatorum aciarum quam devota effusio lachrimarum. Unde absque compunctione et fletu non remittitur peccatum. Teste Hugone qui dicit: Absque fletu et lachrimis nunquam remittitur ipsa culpa. Qui vero ob culpam lachrimatus non fuerit lachrime expers eternaliter nunquam erit. Magis

cum virtutis habent lachrime. Delent quippe culpam et extinguunt ignem inferni
gehennam. Unde B[ernardus]. O quanta vis est in lachrimis que omnia abluunt extinguit la-
culpam extinguunt gehennam flectunt animam. Item Aug[ustinus]. chrima
Una lachrima de puro corde procedens ignem inferni extinguit

Hinc est quod vestes innocentie perditas in baptismate per peccata secunda veste baptismi se-
tur et per quos eterna dampna incurrit, sed per lachrimas effusas cunda per lach-
omnes ipsa vestis que per peccatum maculata fuerat abluitur et inno- rimas abluitur
vatur. Unde Cris[ostomus] [illegible] fuerit in lachrime. Dicit lachrime
sunt que celum pulsantes crimina et consciam deonerant. po- De lacrimis
nit in ore primo verba et movent verba in pectore pietatis
venia impletur caput aqua tumescunt oculi irrigantur
gene decurrunt rivuli. et dei indulgentiarum mentem ex-
hylarat. Lachrime sunt que deo reconciliant. a peccatis redimunt
animam et eius languores sanant. sordes autem vestis lachrime
lavant et dant illi remissionem. // Idem dicit Sicut
vehemens ymber prorumpit fit serenitas sic lachrimis
effusis apparet tranquillitas et perit caligo reatuum
et sicut per aquam et spiritum sic per lachrimas et confessionem
denuo mundamur.

Lachrime effuse de corde contrito a deo pro baptismo reputantur
teste Crisostomo. qui dicit lacrime penitentium apud deum pro per lachrime pro
baptismate reputantur. Anima misericors deus paratus est baptismo reputantur
nobis parcere et penitentiam nostram ad innocentiam deputare si
per lachrimas renasci studeamus. De quo dicit Ysidorus libenter
obliviscitur deus quod nocentes fuimus. paratus est nobis penitentiam
nostram deputare ad innocentiam si inquinati post aquas salutis
renascimur ex lachrimis. hec Gregorius
De virtute etiam lachrimarum dicit Rabanus sic Lachrime humide De virtute la-
nature sunt. ut sordes autem abluant et perditum baptismum chrimarum

restituat. calor ut frigus carnis restringat. calor ut tor-
pore frigidi corporis excutiat. clare ut lachrimantem
ad eternam claritatem perducant

Secunda utilitas lacrimarum

Hec est aqua animas que erant sponse christi sed postea sordes
peccatorum repudiate a maculis per vitia contractis abluit. et
deo sponsam acceptam reddit. Unde Augustinus. Quia lacrimarum bal-
neum est quo abluuntur sordes ut fiat celestis regni
sponsa. Hieronymus. Ita vero peccatoris deo indigna esse non potest. que
sordes per peccatum contractas per cordis compunctionem et fletum
lavare studet. De hoc Isidorus libro soliloquiorum. Tanto namque amplius peccati rubigo
consumitur quanto peccatoris cor cum magno caritatis igne de-
crematur. Ad vos igitur fratres oculos mentis reducite
quecumque vos in adolescentia. quecumque in iuventute deliquisse
meministis deflete. morum omnium maculas lacrimis
tergite. Sic ad recipiendos nos superne pietatis sinus
aperitur nec maculosa in nobis vita contemnitur. per hoc
enim quod in incarnatione pro hominis salute intime ea medicine re-
condamur. Revertentes nos dominus clementer amplectitur
quia peccatorum vita indigna ei iam esse non potest. que fletibus
lavatur. Unde unusquisque nunc ad pristina lamenta recurrat
dum flere ante percussionem vacat. Hec ille

modus obtinendi gratiam lacrimarum

Nota quod homo carens gratia lacrimarum et eam desiderans habere per
quem modum possit illam obtinere. Sciendum quod lacrimarum effu-
sio seu compunctio procedit a spiritu sancto testante leone papa
qui dicit in quodam sermone sic. Ab ipso enim videlicet spiritu sancto
sunt lacrime penitentium. Unusquisque ergo peccator sua peccata
in suo corde si senserit gratiam compunctionis sciat hanc gra-
tiam a deo sibi esse infusam. nam deus inhabitando per spiritum sanctum
in corde hominis compunctos et lacrimantes facit. De hoc quidam

Doctor sic dicit Quicquid peccatorum memoria compungit ad lamenta. iam dei cum se perperam senat, quod ex eo quod admisisse se recolit interius erubescit suoque iudicio penitendo iam se punit

Per hec duo acquiritur donum lacrimarum

Si per ordines humiles et compunctionem virtuosa si quis in hijs perseveraverit

Utrum aliqua compunctio possit vicem supplere seu locum lacrimarum. Pro quo sciendum quod contritio seu compunctio que ex mesto seu humili corde procedit etiam sine lacrimis potest esse tanta, quod valeat peccatum et suppleat locum lacrimarum. Testatur hoc Ambrosius sic dicens Affectus tuus operi tuo nomen imponit, quia si vis et non potes deus pro facto reputat. Item Petrus Damiani sufficit si mens sit flebilis etiam si ungui non possit. Unde cum visibiles lacrimas non potest quis ex oculis carnis exprimere sufficiat excessisse priores intra conclavi cordis archana deflere. Hec Petrus Damiani

Contritio aliquando potest supplere locum lacrimarum

De virtute lacrimarum dicit beatus Augustinus. Desideras quod non habes funde lacrimas. Item Jo. Crisostomus Nec ad deum flens aliquis accessit qui non quod postulavit accepit, nullus ab eo bene dolens optavit qui non impetravit quod voluit

De virtute lacrimarum

Nota secundum Henricum de Gan in quodlibetis quod circa peccatum possunt considerari. Primo substantia actus, 2º aliquod bonum quod evenit ex peccato, puta filium generatum ex adulterio, 3º inordinatio actus ipsius adulterii. Non tenetur ergo homo dolere de substantia actus neque de bono sequuto ex eo sed solum de inordinatione actus. Et ideo licet homo non possit dolere de delectatione quam habuit nec de filio generato, nihilominus non est extra statum salutis. Sed sufficit dolere quod talem delectationem et filium habuit ex inordinato modo et

[illegible]

Nota bene

circa offensa dei ... di. iii quarta est sua aplicacio

effectus contricionis

Item effectus contricionis est remissio culpe et pene de pe.
Item ex sinodalibus pomerii nullum peccatum tam grave et tam
multiplicat iteratum a principio mundi usque ad finem quin
per veram contricionem homini remittatur quod probatur auctoritate racione exemplo

quod peccatum remitti per contricionem probatur primo

primo auctoritate Ezech. xviii Si impius egerit || plificatione
penitenciam ab omnibus peccatis suis que operatus est et custo-
dierit omnia precepta mea etc. omnium iniquitatum eius quas operatus est
non recordabor Item Aug. de summa trinitate confirmit dicens
Si post susceptionem baptismi quisque prolapsus fuerit in
peccatum per veram penitenciam potest reparari Ys. li. i
recitacionum ca. xviii dicit quod nemini quantumcumque
pessimo in hac vita constituto est desperandum Secundo probatur

2º racione

2º per racionem Racio secundum Bonaventuram in iiii di. xiiii Pessimus
est error et crudelissimus dicere quod penitencia non possit quo-
tresandz reiterari et peccatum tolli homini in hac vita constituto
quia claudit viscera clemencie cum sit omnes peccatores
cogit desperare // Item si dicatur quod peccatum est infinite
malicie inquantum est contra deum infinite bonitatis penitencia autem hominis
parvi valoris est et finite bonitatis ergo non potest delere peccatum
Respondetur quod penitencia respectu virtutis meriti passionis christi ac
sanguinis respectu etiam gracie spiritus sancti que operatur in nobis
veram penitenciam est infinita. unde doctor dicit quod una
gutta sanguinis eius sufficit pro peccatis totius mundi

3º exemplificatione

3º probatur exemplificatione. Nam a principio mundi ff deus hominibus
ostendit quod parcit penitentibus primo in parentibus primis
quos monuit ad penitenciam dicens Adam ubi es. Gen. 3. Cog-
nosce peccatum tuum ut parcam tibi ut dicit Aug. 2º in diluvio
ubi paulatim et non subito creverunt aque ut homines inter

in penitere[n]t. primo in dauid et manasse in achab et
in iudeis veteris testamenti. Item in nouo testamento. in magdalena.
paulo. et in latrone sero penitente. et alijs innumerabilibus.
Item nota circa peccatorum remissionem per penitentiam notandos versari — errores tres circa remissionem peccatorum
tres errores inter ignaros et infideles qui accipiunt
ex scripturis non sane intellectis. et confutatur per sane
intellectum. primus error ex octavo capitulo amos i. ubi — primus
scribitur sic super tribus sceleribus damasci et super quarto non conuer-
tam eum ubi littera dicit hebrea dicunt ex hoc quod si bis peccaverit
bis vel ter eodem genere peccati non est remissibile. Sed istud quasi non est quod
est erroneum ut patet de manasse qui non solum quater peccatum ydola-
trie et homicidij incurrit sed pluries et tamen veniam obtinuit
iiij regum 21 et 2 paralipomenon 33 de pe. di. 3 c. si quis ... Auctoritas
autem est sic intelligenda. primum peccatum est cogitasse mala. secundum co-
gitationibus acquievisse. tertium opere complevisse. quartum non agere penitentiam
usque in finem vite. et de hoc quarto intelligitur dictum prophete quia post mortem
non est locus penitentie. et sic refutatur iste error. Secundus error ex — secundus error
evangelio mathei xii quod peccatum in spiritum sanctum non remittetur ei neque
in hoc seculo neque in futuro. Sed iste error est pessimus quia — quo dicitur
peccata in spiritum sanctum non sunt sic irremissibilia negative. ut nullo — omnino
modo remittantur. nec primo remittantur. sed irremissibilia quia difficiliter re-
mittuntur quia obviat gratie spiritus sancti per quam peccatum tollitur.
Dicitur tamen quod accipitur peccata in spiritum sanctum pro finali impenitentia
que non habet statum remissionis. Tertius error est ex auctoritate — tercius
predicta scilicet neque in futuro. quod dicit quod aliqua remittuntur in futuro
sed hoc est falsum quia non dimittitur peccatum nisi per contritionem.
In beatis autem non potest esse dolor vel tristicia de peccatis. quia sunt in
plenitudine gaudij. Et in hijs qui sunt in purgatorio
quamvis licet in illis sit dolor. non tamen est meritorius. sed satisfactorius

toꝝ Dānati v̄o licet habeat dolorē pniē Hayno d.
pnaꝫ inqʒ agunt ꝛ p̄ angustia gemētes. tn̄ h° ē ꝓpt pe
na quā sustinēt ꝑ pctīs nō ꝓpt culpā iniquitatꝭ ꝫ contra
Deū. nec dolet amore Dei vt placet ipm̄ ꝛ ꝯ pnīa
ibi ē sine grā ꝛ sine fructu venie H. ex pomerio

Nondū quibus ꝑ contritionē deleat culpa et pena. est
tn̄ vtilia confessio tn̄ ꝓpt pceptū tn̄ etiā ꝓpter certitudīē
qr nō ē certꝰ q̄ sua cōtritio fuerit sufficiēs ad suū to
reatū tollendū ꝛ io nō dicitur De ca